

**Incipiunt sermones de festis sanctorum
et primo de sancto andrea apostolo.**

Emitte post me faciam
vos fieri piscatores
hominum. **H**ec verba dominus
dixit non solum ad petrum et
andream immo dicit ea
ad quoslibet castitiosos

Unde quatuor sunt notanda. videlicet
1. **A** quibus et per que et ad que et
2. **A**pt que vocemur a domino. Et nota quod
vocat nos a tribus. per tria. et propter
tria. **P**rimo igitur notandum est a
quibus vocemur a domino. Et est sciendum
quod vocat nos ab illis tribus que sunt
in mundo. videlicet a carnis lascivia
et reus concupiscentia. et vite superbia.
De hys tribus dicit. **Io. in. j. ij.** Noli
te diligere mundum. neque ea que in mun-
do sunt. omne quod est in mundo concupiscentia
carnis est et concupiscentia oculorum et
supbia vite. **H**ec tria bene possunt figurari
per illa tria que petrus et andreas reli-
querunt. **I**psi enim primo reliquerunt vxo-
res quas fornicationem habebant vel habere
poterat. **P**er vxores vero intelligitur ipsa
caro que mirabili glutino copulata
est spiritui. **S**piritus enim quasi maritus est
carnis. heu vxor ista scilicet caro semper
dominari querit in virum. **C**aro quippe semper
ad usus spiritum concupiscit ut dicitur. **aplus**
Hac igitur vxore. id est carnis luxuriam de-
bemus relinquere. **A**d hoc monent nos spiritus
secundus ecclesie. **xviii.** Post concupiscentias
as tuas non eas. et a voluntate tua
glossa carnali auerte. si prestes aie. id est
a iactantia tue. **D**icit glossa per concupias
et faciet te in gaudium inimicis tuis
id est deo omnibus. **Et glo.** Sic contingit samp-

soni que valida cum qua fuerat luxu-
riatus tradidit philisteis in quorum
carcerali mola luit illas concupiscentias
quas habuerat cum valida. **S**e-
cundo vero rete suum reliquerunt. **P**er rete vero
notatur auaricie siue reus concupiscentia
auaricia quippe est rete dyaboli quod
expandit super faciem vniuersę terre. **P**er hoc
rete iuuenes capit et senes siue vi-
ros siue mulieres. **U**nde dicitur in. **vi.**
vir cum muliere capiet senex cum pleno
diebus a minore enim usque ad maiorem om-
nes auaricie student. **E**t nota quod dominus in
iactantia auaricie genuit punire consuevit
Unde legitur in libro regum. **Q**uod quia achab
rex israel vineam naboth israhelite
concupiuit ipsam quod naboth occiso pos-
sedie. propterea in bello quod a quod
erat inter ipsum et regem assiriorum sagittam
inter pulmonem et stomachum et assirus
occidit a mortuo est et canes linxe-
runt sanguinem eius. **J**ezabel vero vxor
eius ad cuius consilium naboth occisus fue-
rat per mandatum ihesu deorsum precipitata
ab ungulis equorum est conculcata. **C**a-
nes quod comederunt carnes eius. propterea
ita spiritus sanctus monet vniuersumque in
ecclesiastico. **v.** Noli attendere ad pos-
sessiones iniquas et ne dixeris. est mihi
sufficiens vita. **N**ichil enim perderunt
in tempore vindicę et obductionis. id est quia
hominum morte claudunt oculi. **T**ercio na-
uis dimiserunt. per nauem superbia figura-
tur. **S**icut enim per nauem deorsum a quibus
transiit. ita et superbia alyis semper dominari
appetit. **P**reterea sicut nauis apertior
a distentior est in medio quam sit in dua-
bus extremitatibus suis. sic etiam est de su-
perbis. **I**psi enim propterea hoc timeant. et
superbiunt quia non considerant principium